


36.

Viro ingenio & doctrina praecollenti



Jacobo Tollio

s. p. d.

J. G. Graevius.

Exultabam visis tuis litteris, quas diu desiderarara. Nam
iter tam longam, tam periculosam, & plenum
tam multis molestiis me mirre sollicitum habebat.
Nunc te maximis discrimibus et tediis defundum
esse, sic augurari libet, gaudeo summopere, Deumque
veneror, ut quicquid restat viae per Italiam &
Galliam, feliciter & sine incommodis, sed maxima
cum voluptate & fructu emebiaris, saluusque
nobis redeas. quibus cum sarcinis sis rediturus, & quam
illae refertae fuerint optimis rebus, variis naturae
muneribus, & exquisitis litterarum deliciis ex tua
intulleximus epistola. Quantis iam parta sis cumula-
turnus accessionibus in cultissimis, quas perlustraturus
es, ternis, animo iam praecipimus. Mayliaboccius
propediem ex me cognosces, quam gratum hospitem
sit brevi visurus. Voetius & Hertscampius vicissim
salute te peramanter impertiunt, Vriesium nondum
vidi, sed videbo propediem. H. V. Cuperum valde

B. P. L. 885 (1759)

A Monsieur

Monsieur Tollius professeur des
royales, a l'Academie Electoral
de Wirzburg.

A Vienne.

tibi de viis indicibus Bibliothecae Budensis, quos
illi mittere constituiti. Facile vero tibi erudo reliquias
thesauri, quem Corvinus collegat, tanti non esse.

Quid nunc novi tibi ego narrem pro tot laetis
nunciis, quibus me affecisti? exercitationes Phain-
nas Salmasii hic recudi nostri. Certa spes est fore,
ut tertius inceditus tomus napi ^{utis} ^{diacritis}
accedat. Anthologia Grotii Amsterodami proela
fatigat, cui inlentum aedarium ex scribis
Salmasianis & aliorum, si ~~ex~~ ^{ex} ~~pe~~ ^{pe} ~~ctationem~~ ^{ctationem} nostram
non fallerint promissores, adicietur. In Gallia
Valliantius edit duo volumina de coloniis veterum
ex numismatibus erutis. Spanhemius adornat novam
editionem Aeschyli, & variarum dissertationum
Gulldoyner. In Italia Fabretti multas ⁱⁿ ^{inscriptions}
& verborum luci parat, ex quibus ^{omnes} ^{fastos} &
antiquariorum plurimos errores correderunt
se pollicetur. Me Cicero totum sibi vindicat, nisi
quod non nihil horarum subsiviarum tribuan
Columellae reliquisque scriptoribus rei rusticae,
& vitae Nicolai Heinsii memoriae prodendae.
Orationes tamen Tullianae iam in Museo
meo praecipue fervent. Joannes de Wit Romae
multa praecleara quoque coacervat. Faxit deus
ut te & illum compledamur incolumem. Vale
Vir celeberrime & me ama. Tragedi D. XII Jul.
Dionys. MDCCXXVII.

Si quando aut mihi, aut Amelweenio responderit,
significa quaeso, quis nunc praefecturam gerat
Bibliothecae Caesariae.

Vir Nobilissime

Etiam doluimus omnes te non praesfu fuisse, cum numismata venderentur
Dordraci. Omnia enim secus ceciderunt, quam sperabamus & optabamus,
conspiratione trium hominum. Primo venum proponebantur omnes aerei
nummi maiores. Pro arcula illa, in quibus continebantur, pretium non poterat
extendi nisi ad mille & triginta florenos. Quod cum spernerent tutores
pupillarum, consilium inierunt cum Amsterodamensi Doctore, qui indicem
rerum antiquariarum concinnavit. Is auctor tutoribus fuit, ut singuli
loculi venderentur separatim, data fide longe maiorem summam se, si
hanc rationem sequerentur, ex istis nummis confecturos. quod sibi
passi sunt tutores persuaderi. Sed vix pervenerunt ad summam
sexcentorum florenorum. Sic praestantissimi illi nummi ~~reproperi~~
vili pretio fuerunt projecti magna mea & tutorum cum indignatio-
ne. Facile autem vides, cum integri loculi venirent, locum non
fuisse meae licitationi, semper enim illi triumviri pretium illius loculi
augebant. Postea secundae arculae, in qua nummi erant argentei,
tota emta fuit a Leerio quadringentis florenis. Si tu fuisses praesfu
procul dubio res haec feliciter fuisset acta. Doctor ille, cum tutoribus
esset ^{auctor} ut loculatum aerei venderentur, dixerat se ipsum pro Swarzenburgio
Comite triginta loculos emturum, cum ne nummum emerit. Itaque per-
suaserunt sibi, cum ab Amsterodamensibus emtoribus corruptum esse,

B. P. L. 885 (1759)

qui & in suas partes & hanc societatem pertraxerunt Leerium ^{cum} ⁱⁿ praedictam
hanc dividerent. quod postea cognitum est. Sed de his omnibus, cum
ad nos redieris, coram agemus pluribus. Nec somnus, nec eibus me per
biduum iurit post inauspicatam hanc venditionem. Verum quae transacta
sunt, mutari non possunt. Vale Vir amicissime. Traiecti D. XII
Novemb. MDCCCL.

Tuus observantissimus

Crauing.

Generosissimo Reinswoudio
officia rogo ut mea deferat

